Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



me fecisse hodie. Ter filius meus es tu mihi ego placatus in quo
sum placatus hodie te mihi filii genui
Huic omnis auscultate pli preceptum.
Cum natus Sm matthm
esset ihus in bethlehem
iude in diebus herodis regis
ecce magi ab oriente venerunt
ierosolimam dicentes. Vbi est
qui natus est rex iudeorum?
Vidimus enim stellam eius in
oriente: et venimus adorare
eum. Audiens autem herodes
rex turbatus est et omnis ihe
rosolima cum illo. Et congregans
omnes principes sacerdotum et
scribas pli sciscitabatur ab
eis ubi xpus nasceretur. At illi
dixerunt: in bethlehem iude.
Sic enim scriptum est per phetam:
et tu bethlehem iuda terra
nequaquam minima es in principi
bus iuda. Ex te enim exiet
dux qui regat plm meum
isrl. Tunc herodes clam vocatis
magis diligenter didicit ab
eis tempus stelle que apparuit
eis. Et mittens illos in beth
lehem dixit. Ite et interroga
te diligenter de puero hoc: et
cum inveneritis renuntiate mi
hi ut et ego veniens adorem eum.
Qui cum audissent regem abie
runt. Et ecce stella quam viderant
in oriente antecedebat eos
usque dum veniens staret super
domum ubi erat puer. Videntes
autem stellam: gavisi sunt gaudio
magno valde. Et intrantes
domum invenerunt puerum cum
maria matre eius. Et procidentes
adoraverunt eum. Et aperientes the
sauros suos obtulerunt ei mu
nera: aurum. thus. et myrra. Et
responso accepto in somnis ne
redirent ad herodem: sed per alia
viam reversi sunt in regio
nem suam. Offertorium Reges tharsis
et insule munera offerent reges
arabum et saba dona adducent
et adorabunt eum omnes reges ter
re omnes gentes servient ei. Secreta
Hostie tue quesumus domine do
na propitius intuere quibus non
iam aurum thus myrra pre
sentantur sed quod eisdem munibus
declaratur immolatur et sumitur
Qui tecum vivit. Communio. Quia cum venerit.
quem per eiusdem diem in fine octave
Communicantes. quod hac
sacra die diimus. Com Vidimus
stellam eius in oriente et venimus
cum muneribus adorare dominum. Compl'